(per 8 & 35) additis, prouenient termini 100503.3260572 & 100503.3160010, inter quos necessariò cadit artificialis numerus quæsitus. Vnde numerus inter hos medius, qui est 100503. 3210291, pro vero artificiali numero sinus 9900000 dati, statui absque sensibili errore potest.

46. *Hinc sequitur, omnium proportionalium tertiæ Tabulæ numeros artificiales exactè satis dari.*

Nam quum (per præmissam) 100503. 3210291, sit artificialis primi sinus secundæ Columnæ, qui est 9900000, cæterique primi reliquarum columnarum sinus eadem proportione progrediantur, necessariò (per 32 & 36) eorum numeri artificiales eadem semper differentia crescunt, additis 100503. 3210291 antecedenti artificiali, vt fiat sequens. Habitis ergo sic primis artificialibus cuiusque columnæ, atque per penultimè præcedentem omnibus artificialibus primæ columnæ datis, elige tibi, an mauis simul eiusdem columnæ omnes artificiales condere, addendo semper ad superiorem artificialem cuiuslibet columnæ, hanc artificialium differentiam 5001. 2485387, vt fiat proximè inferior eiusdem columnæ artificialis: An mauis simul eiusdem ordinis omnes artificiales, scilicet omnes secundos singularum columnarum artificiales, inde omnes tertios, inde quartos, & sic reliquos constituere, addendo semper 100503. 3210291 cuilibet artificiali præcedentis columnæ, vt eiusdem ordinis sequentis columnæ artificialis ptoueniat. Vtrouis enim modo, omnes omnium huius Tabulæ proportionalium habentur artificiales, quorum vltimus, & ad sinum 4998609. 4034 congruens, est 6934250. 8007528.

47. *Omnibus tertiæ Tabulæ naturalibus numeris, ascribendi sunt sui artificiales, vt tertia Tabula integra fiat & perfecta: quam posthac semper radicalem vocabimus.*

Hæc huius Tabulæ conscriptio fit constituendo columnas numero & ordine quibus per 20 & 21 describuntur: & diuisa in duas series:

RADI-

RADICALIS TABVLÆ.

Columna prima.		*Columna secunda.*	
Naturales.	Artificiales	Naturales.	Artificiales
10000000.0000	0	9900000.0000	100503.3
9995000.0000	5001. 2	9895050. 0000	105504.6
9990002.5000	10002.5	9890102.4750	110505.8
9985007.4987	15003.7	9885157.4237	115507.1
9980014.9950	20005 0	9880214. 8451	120508.3
&c. usque ad	usque ad	usque ad	usque ad
9900473.5780	100025. 0	9801468. 8423	200528.4

	Columna 69.	
	Naturales.	Artificiales.
& cæteri vsque ad	5048858.8900	6834225.8
	5046333.4605	6839227. 1
	5043811.2932	6844228.3
	5041289.3879	6849229.6
	3038768.7435	6854230.8
& tandem	usque ad	
	4998609.4034	6934250.8

quarum prima, proportionalia illa Geometrica, quæ sinus numerosque naturales nominamus: secunda, hos suos artificiales Arithmeticè per æqualia progredientes